


27972, II, B, c. 75

8 hr.

Miklosich,
vita
s. Methodii.



27972, II, B, c,

VITA

SANCTI METHODII

RUSSICO-SLOVENICE ET LATINE

EDIDIT

FR. MIKLOSICH.



VINDOBONAE
GUILIELMUS BRAUMÜLLER
1870.

ALTA

SANCTI METHODII

RECTORIUS RECTOR

RECTORIUS RECTOR



UNIVERSITÄT BONNEN
BIBLIOTHEK
1870

Жизнь святого Методия

В житии святого Методия, архиепископа
и учителя славян, архиепископа

Методий

Павловский, 1844

VITA SANCTI METHODII.

оустима на то мѣсто, съ негоже тѣ своєю гърдынио съпаде, и сътвори прѣстоупити заповѣдь, и издрам изгъна челоуѣка, и съмъртню осоужь. и отъ толк оустити начатъ неприязнь, блазнити многими кѣзньми челоуѣчьскыи родѣ. нѣ не остави когъ великою милостию и любѣвю до коньца челоуѣкѣ, нѣ на коежьдо лѣто и врѣмя избѣра моужа, и яви людѣмъ дѣла ихъ и подвигъ, да быша сіа тѣмъ подовише вси на доброе оустили, іакоже бѣ Еносъ, иже оупова първыи нарицати имѣ господьне. Енохъ же по томъ оугожь богоу прѣставленъ бысть. Нои, правѣднъ сіа обрѣтъ въ родѣ своемъ, потопа избысть въ ковчезѣ, да сіа бы пакы земаи напѣлила твари божиѣ и оукрасила. Авраамъ по раздѣленни изыкъ, заблоужьшѣмъ же въскѣмъ, бога позна, и другъ сіа іемоу нарече, и обѣтование приять: іако въ скѣмени твоємъ благословени боудутъ вси изыци. Исакъ по образоу христовоу на гороу въ жьртвоу възведенъ бысть. Иаковъ идолы тѣстѣни погуби, и лѣствицю видѣ отъ земаи до небесе, ангелы же божиѣ възходяща и съходяща по нѣи, и въ благословеннихъ сыновѣхъ своихъ о Христѣ пророчествова. Иосифъ въ Египтѣ люди прѣпитѣ, божиѣ сіа явлѣ. Иова авьсентидинскаго правѣдна, истинна и непорочна кѣнигы съказаютъ; искоушениіе примѣ, прѣтѣрьпѣвъ же, благословенъ бысть богомъ. Моиси съ Аронѣмъ въ нерѣихъ божиихъ когъ фараисовъ нарече сіа, и моучи Египтъ, божиѣ люди изведе въ дѣне облакѣмъ свѣтѣмъ, а въ ноци стѣлѣпѣмъ огньмъ, и море прови, и прѣодоу по соухоу, а египтяны потопа, и въ поустыни безводнѣ люди напои воды и хлѣба ангельскаго насытити и пѣтиць, и глаголавъ съ богѣмъ лицѣмъ къ лицу, іакоже іестъ възможно челоуѣкоу съ богѣмъ глаголати, законъ людѣмъ даетъ, божиѣмъ пѣрѣтѣмъ написанъ. Исоусъ навѣгинъ людѣмъ божиѣмъ землю раздѣли, противьники коекавъ. соудни такоже многы повѣды сътвориша. божию милость примѣ же Самоналъ цѣсарѣ помаза и постави господьнѣмъ словѣмъ. Давыдъ кротостию люди распасе, и пѣсѣмъ божиамъ наоучи. Соломонъ, моудрость отъ бога примѣ паче въскѣхъ челоуѣкѣ, многа казання добра сътвори съ притѣчами, аще и самъ не доконьча. Илия, зѣловоу людскоу обличѣ гладѣмъ и мѣртѣва отрока възскрѣшъ, огнь съ небесе словѣмъ сънесъ попали многы и жьртѣвы съжже дивнѣмъ огньмъ, мѣртѣкыи же нерѣи избивъ възиде на небо на колѣсници огньнѣи

ptum, et (deus) e paradiso hominem expulit, morti addicens eum. et ab eo tempore diabolus genus humanum sollicitare coepit et scandalizare multis modis. at deus pro magna sua misericordia et benignitate non dereliquit prorsus homines, sed omnibus temporibus viros elegit, et populis opera eorum et certamina ostendit, ut omnes eos imitantes instituerentur ad virtutem, qualis erat Enoch, qui primus ausus est nomen domini invocare. Enoch vero postea, deo gratus, mortuus est. Noë, qui in stirpe sua iustus est inventus, e diluvio salvatus est in arca, ut terra iterum creaturis dei impleretur et condecoraretur. Abraham post dispersionem gentium, cum omnes recto itinere deerrassent, deum cognovit, et socius eius dictus est, et promissionem accepit: in semine tuo omnes gentes benedicentur. [Genes. 22. 18; 26. 4.] Isaak ad imaginem Christi in montem ad sacrificium ductus est. Iacobus idola soceri perdidit, et scalam a terra ad coelum pertinentem vidit, angelos vero dei ascendentes et descendentes in ea, et in benedictionibus filiorum suorum de Christo praedixit. Iosephus in Aegypto populum nutrit, divinum se exhibens. Iob ausitidicum iustum, veracem et integrum libri fuisse narrant; tentationem accipiens et probatus a deo benedictus est. Moyses cum Aarone inter presbyteros dei Pharaonis deus appellatus est, et Aegyptum cruciavit, populum dei eduxit interdiu nube lucida, noctu columna ignea, et mare divisit, et transierunt per siccum, Aegyptios vero demersit, et in deserto arido populo praebeuit aquam eumque pane angelico satiavit et avibus, et cum deo collocutus coram, quantum homo cum deo loqui potest, populo legem dedit, dei digito scriptam. Iesus Naue populo dei terram distribuit, hostibus debellatis. iudices quoque multas victorias reportarunt. gratia divina impetrata Samuel regem unxit et constituit verbo domini. David elementia populum rexit, et cantica divina docuit. Salomon, a deo sapientia praeter omnes homines accepta, multas sententias praeclaras per parabolas edidit, quamquam ipse non perfecit. Elias, malitia populi fame castigata et puero a morte ad vitam revocato, ignem verbo de coelo adferens multos combussit et sacrificia igne mirabili cremavit, et abominandis sacerdotibus occisis in coelum ascendit curru igneo et equis, discipulo duplicem spiritum imperfitus. Elisaeus, pallio accepto, duplicia miracula fecit. reliqui prophetae suo quisque tempore res mirabiles futuras praedixerunt. post hos magnus,

и конихъ, оученикоу давъ соугоубъ доухъ. Елиѣн, милоть
принимъ, соугоуба чюдеса сътвори. прочии пророци къждо въ
свое время о дивныхъ вещьхъ хотящихъ быти пророч-
ествоваша. Иоанъ великий по сихъ, ходатаи межю ветъхъ и
законъ и новымъ, креститель христовъ и съвѣдѣтель, и
проповѣдѣтель живымъ же и мъртвымъ бысть. святини
апостоли, Петръ и авълъ, съ прочими оученикы христовы,
яко мълнии въсь миръ прошьдъша, освѣтиша всюю землю.
по сихъ моученици крѣвми своими омъша скверноу, а на-
столяници святыхъ апостолъ цѣсаря крыше многымъ
подвигымъ и трюдъмъ поганство раздроушиша. Сельвестръ
чѣстной трини съты и .iii. отць, великаго цѣсаря Костян-
тина на помощь принимъ, съньмъ пьрвыи събъравъ въ Никеи
Ярии повѣди и проклатъ и и ересъ его, юже въздвизаше на
святоую тронцю, якоже вѣ Авраамъ инъгда съ трини съты
и .iii. отрокъ цѣсаря избилъ и отъ Мельхиседека, цѣсаря са-
лимьска, благословение примъ и хлѣбъ и вино: вѣ бо иерки
бога въшынаго. Дамасъ же и деологъ Григорин съ сътьмъ и
пятню десѣтъ отць и съ великимъ цѣсарьмъ Θεодосиємъ
въ Цѣсари Градѣ потвърдиша святини соумъболъ, еже
и есть вѣроую въ єдинъ богъ, а Македонин отъсккъше про-
клаша и хоулоу его, юже глаголаше на святини доухъ. Келе-
стинъ и Курилъ съ двѣма сътома отць и съ дроугымъ
цѣсарьмъ въ Ефесѣ Несторин раздроушиша съ въсею бла-
дию, юже глаголаше на Христа. Львъ и Анатоль съ правовѣ-
рнымъ цѣсарьмъ Маркианъмъ и съ .2.-ю сътъ и трини
десѣтъми отць въ Халкидонѣ Свѣтоухово безоумие и бла-
дение проклаша. Вѣгилин съ богооугоднымъ Иоустинъмъ и
съ сътьмъ и съ .3. и .4.-тью отць .4. съньмъ съставляше
изискавъше проклаша. Агафонъ, апостольскыи папекъ, съ
двѣма сътома и .5. отць съ чѣстнымъ Костянтинъмъ
цѣсарьмъ на шестѣмъ съньмѣ многы мѣтежа въсколоша,
изгънавъше проклаша съ въсѣми съньмники тѣми, рекоу же
Феодора фараньскаго, Сѣвгира же и Пирона, Куръ александрь-
скаго, Єнорин римьскаго, Макарина антиохиньскаго и прочаи
поспѣшныи нхъ, а крѣстианьскоую вѣроу на истинѣ по-
ставляше оутвърдиша.

В. По сихъ же въсѣхъ богъ милостивъ, иже хоцетъ, да
бы въсякъ человекъ съпасенъ былъ и въ разоумъ исти-
нынъ пришлѣ, въ наша лѣта изъзыка ради нашего, о немъ-

Ioannes, mediator inter veterem legem et novam, baptista Christi et testis, praedicator vivis et mortuis factus est. sancti apostoli, Petrus et Paulus, cum reliquis discipulis Christi, qui orbem universum fulguris instar peragrarunt, totam terram illustrarunt. post hos martyres sanguine suo sordes abluerunt, et successores apostolorum imperatores baptizantes multo certamine et labore paganismum extirparunt. Silvester venerandus cum trecentis et XVIII patribus, magnum imperatorem Constantinum adiutorem assumens, prima synodo convocata Nicaeae Arium vicit et damnavit ipsum et haeresim eius, quam in sanctam trinitatem suscitabat, ut olim Abraham cum trecentis et XVIII pueris regem occidit et a Melchisedec, rege Salem, benedictionem accepit et panem et vinum: erat enim sacerdos dei altissimi. Damasus vero et theologus Gregorius cum centum et quinquaginta patribus et cum magno imperatore Theodosio Constantinopoli firmarunt sanctum symbolum, id est: credo in unum deum, et Macedonium excommunicatum damnarunt et blasphemiam eius, quam pronuntiabat contra spiritum sanctum. Coelestinus et Cyrillus cum ducentis patribus et cum altero imperatore Ephesi Nestorium vicerunt cum omni errore, quem pronuntiabat contra Christum. Leo et Anatolius cum orthodoxo imperatore Marciano et cum sexcentis et triginta patribus Chalcedone Eutychii amentiam et errorem damnarunt. Vigilius cum pio Iustino cum centum et LXV patribus quintam synodum constituerunt et scrutati damnarunt. Agathon, papa apostolicus, cum ducentis et LXX patribus cum pio Constantino imperatore in sexta synodo multas turbas oppresserunt et expulerunt et damnarunt cum omnibus, qui in ea synodo aderant, Theodorum inquam Pharanicum, Severum et Pyrrhonem, Cyrum Alexandrinum, Honorium Romanum, Macarium Antiochenum et reliquos socios eorum, et fidem christianam in veritate constitutam firmarunt.

II. Post omnia vero haec deus misericors, qui vult, ut quilibet salvus sit et ad cognitionem veritatis perveniat, nostris temporibus nostrae gentis gratia, cuius nemo unquam curam gesserat, ad magnam dignitatem evexit

же сѧ не бѣ никѣтоже николиже попекаѣ, на добръи чинѣ въздвиже нашего оучителя, блаженаго Мелодиа, ѡгоже всѧ добрыѧ дѣтели и подвигы прилагающе сихъ оугодницѣхъ по єдиномоу не постыдимъ сѧ: овѣмъ бо равнѣ бѣ, овѣхъ же малы мѣнии, а друугныхъ болии, словесныхъ дѣтелю прѣспѣвъ, а дѣтельныхъ словѣмъ. всѣмъ бо сѧ оуподобѣ всѣхъ образъ на севѣ являше, страхъ божии, заповѣдная храненияи, плѣтскоу чистотоу, прилѣжныи молитвыи и свѣтныи, слово сильное и кроткое, сильно на противныхъ, а кроткое на приѣмлющихъ казание, ярость, тихость, милость любѣвь, страсть и тѣрпѣніе, всѧ о всѧчьскыхъ бываѧ, да бы всѧ приобрѣлѣ. бѣ же рода не хоуда отъ обоудоу, нѣ вельми добра и чѣстна, знаѣма пѣрвѣе богомъ и цѣсаремъ и всею селюньскою страною, ѡкоже и тѣлесныхъ ѡго образъ являше сѧ. по томоу же и пѣрци, любяще и издѣтѣска, чѣстныхъ вѣсѣды дѣлахоу, до ндеже цѣсарь, оувѣдѣвъ вѣстрость ѡго, княжиніе ѡмоу дастъ дѣржати словѣньско, рекоу же азъ, ѡко прозѣря, како и хотѣше оучителя словѣніемъ посѣлати и пѣрвааго архієпискоупа, да бы прооучилъ сѧ всѣмъ обычаемъ словѣньскимъ и обыкаѣ ѧ по малоу.

Г. Сѣтворѣ же въ томъ княжинѣ лѣта многа и оузырѣвъ многы мѣлѣвы вѣчинныи въ житии сѣмъ прѣложи земныхъ тѣмъ волю на небесныхъ мысли, не хотѣше бо чѣстныхъ доуша стрѣпѣтити не прѣбывающими въ вѣкы. и обрѣтъ вѣрѣмъ избежѣти княженіи, и шѣдъ въ Ялимѣ, ндеже живоутъ свѣтин отѣци, постригъ сѧ овѣчѣ въ чѣрныи ризы, и бѣ повиноуѧ сѧ покорѣмъ и сѣвѣршаѧ всѣ испѣлѣнѣ мѣнишскыи чинѣ, а книгахъ прилѣжа.

Д. Прикалючьшо же сѧ вѣрѣмени такомоу посѣла цѣсарь по философа, брата ѡго, въ Козары, да поимѣтъ и сѣ собою на помощь. выхоу бо тамо жидове крѣстианьскою вѣроу вельми хоулаще. онъ же, рекъ: ѡко готовъ ѡсѣмъ за крѣстианьскою вѣроу оумрѣкти, не ослоуша сѧ, нѣ шѣдъ слоужѧ ѡко рабѣ мѣншоу братоу, повиноуѧ сѧ ѡмоу. снѧ же молитвою, а философъ словесы прѣможѣтъ ѧ, и посрамистѣ. видѣвъ же цѣсарь и патриархъ подвигъ ѡго добръ на божии поутѣ вѣдиша и, да быша и свѣтили архієпискоупа на чѣстное мѣсто, ндеже ѡсѣтъ потреба такого моужа. не рачьшо же оуноудиша и, и поставиша и нгоумѣна въ монастыри, иже нарицѣютъ сѧ Поли-

doctorem nostrum, beatum Methodium, cuius omnes virtutes et labores cum virtutibus illorum sanctorum singulatim comparare non dubitamus: aliis enim par erat, aliis paullo inferior, aliis vero praestantior, facundos labore superans, laboriosos vero facundia. omnes enim imitatus omnium imaginem in se repraesentabat, timorem dei, praeceptorum observationem, mores pudicos, orationem continuam et sanctitatem, sermonem severum et clementem, severum in adversarios, clementem in eos, qui monita accipiunt, austeritatem, comitatem, misericordiam, amorem, patientiam, constantiam, omnia omnibus factus, ut omnes lucrificeret. [1. Cor. 9. 22]. erat vero utrumque genere non humili, sed admodum honesto et nobili, antiquitus noto deo et imperatori et toti regioni thessalonicensi, qualis etiam corporis species apparebat. quamobrem etiam causidici, qui puerum iam amabant, honorifice de eo loquebantur, donec imperator, de sagacitate animi eius certior factus, principatum slovenicum ei demandavit, dicam vero ego, quasi praevidens, eum a se missum iri Slovenis doctorem et primum archiepiscopum, ut et mores Slovenorum ediceret et paullatim iis assuesceret.

III. Multis in eo principatu annis transactis multas turbas inordinatas videns in hac vita amorem terrestrium tenebrarum mutavit in desiderium coelorum, noluit enim animam pretiosam perdere rebus non manentibus in aeternum. et opportunum nactus tempus principatum abdicavit, et in Olympum, ubi sancti patres vivunt, profectus tonsus est, et nigra vestimenta induit, et humiliter obediebat, omnem regulam monasticam perficiens et in libros incumbens.

IV. Cum vero tempus venisset, imperator philosophum, fratrem eius, accersivit, missurus ad Chazaros, et frater eum secum duxit adiutorem. ibi enim Iudaei fidem christianam vehementer increpitabant. ille vero, dicens: pro fide christiana paratus sum mori, iter non detrectavit, sed profectus minori fratri uti servus servivit, obediens ei. Methodius precibus, philosophus vero oratione eos vicit, et ambo pudore eos affecerunt. cum vero imperator et patriarcha utile eius certamen vidissent in via dei, suaserunt ei, ut archiepiscopus consecrari pateretur in loco claro, ubi tali viro opus esset. cum vero eam dignitatem detrectasset, adduxerunt eum,

хронъ, іємоу же ієсть сѣмѣра .к. и .д. споудовѣ злата, а отьць обиле .о. въ нїемъ ієсть.

Ѣ. Прилоучи же сѣ въ тѣ дни, Ростиславъ, князь словѣнскъ, съ Святотѣлкъмъ посѣлаета из Моравы къ цѣсарю Муханлоу, глаголюща тако: іако божнією милостию съдрави ієсмъ. и соуть въ нѣ въшлы оучители мнози крѣстиани, из Блахъ и из Грькъ и из Нѣмьць, оучаще нѣ различь, а мѣ Словѣни, проста чады, не имамъ, иже бѣ нѣ наставлялъ на истинну и разоумъ сѣказалъ. то, добре владѣко, посѣли такъ моужь, иже нѣ исправить всѣакоу правьдоу. тѣгда цѣсарь Муханлъ рече къ философу Костянтинну: слышиши ли, философѣ, рѣчь сию? инъ сего да не можетъ сѣтворити развѣ тебе. тѣмъ на ти дари мнози, и поимъ братъ свой, игоумень Мѣродин, иди же. въ во ієста селоунианина, да селоуниане въси чисто словѣнскы вѣсѣдоуять. тѣгда не сѣмѣста сѣ отрещи ни бога, ни цѣсаря, по словеси свѣатаго апостола Петра, іакоже рече: бога бонте сѣ, цѣсаря чѣтѣте, нѣ велию слышавъша рѣчь на молитвоу сѣ наложиета и съ инѣми, иже влахуу тогоже доуха, ієгоже и си. да тоу іави богъ философу словѣнскы книгы. и абие оустроивъ писмена и вѣсѣдоу сѣставль поути сѣ іатъ моравьскаго, поимъ Мѣродина. начатъ же пакы, съ покорѣмъ покиноуѣ сѣ, слоужити философу и оучити съ нимъ. и трѣмъ лѣтомъ ишѣдъшемъ възвратиста сѣ из Моравы, оученикы наоучьша.

Ѥ. Оуѣдѣвъ же такова моужа апостоликъ Никола посѣла по ни, жєлаа видѣти іа, іако ангела божия, свѣати оучение ією, положъ словѣнское евангєліе на олтари свѣатаго Петра апостола. свѣати же на поповѣство блаженаго Мѣродина. влахуу же етера многа чады, іаже гоужахуу словѣнскыи книгы, глаголюще: іако не достонѣ нѣкотороу же іазыкоу имѣти боуковъ своихъ развѣ еврѣи и грѣкъ и латинѣ, по пилатову писанию, ієже на крѣстѣ господьни написа, ієже апостоликъ пилатъны и трыязычѣникы нарекъ проклатъ. и повелѣ ієдиноу епискоупу, иже бѣ тоуже іазєю больнъ, и свѣати отъ оученикъ словѣнскъ три попъ а .в. аногноста.

ѧ. По дньхъ же мнозѣхъ философъ, на соудъ грядъи, рече къ Мѣродию, братуу своему: се, братѣ, вѣ соупроуга вѣховѣ, ієдиномуу враздоу тяжаща, и азъ на лѣсѣ падаю, свои днь сѣконьчавъ; а тѣ любиши гороу вѣльми, то немози, горы

ut constitueretur hegumenus in monasterio, quod appellatur Polychronos, cui est redditus XXIV mensurarum auri, et patres plus LXX in eo sunt.

V. Factum vero est illis diebus, ut Rostislavus, princeps Slovenorum, cum Svjatopoleo mitterent e Moravia ad imperatorem Michaëlem, ita dicentes: divina misericordia bene valemus. venerunt ad nos magistri christiani multi ex Italia, e Graecia et e Germania, diverso modo nos docentes: nos vero, Sloveni, homines rudes, non habemus virum, qui nos ad veritatem instituat et sensum scripturae nobis interpretetur. bone domine, mitte ergo nobis talem virum, qui nos omnem veritatem doceat. tum imperator Michaël Constantino philosopho dixit: audisne, philosophe, haec verba? nemo alius hoc facere potest nisi tu. accipe ergo dona multa et sumto fratre tuo, hegumeno Methodio, proficiscere. vos enim thessalonicenses estis, et thessalonicenses omnes pure slovenice loquuntur. tum non ausi sunt refragari neque deo, neque imperatori, secundum verbum sancti apostoli Petri, qui dixit: deum timete, regem honorificate [1. Petr. 2. 17.], sed magna hac re audita precibus se dederunt cum aliis, qui idem sentiebant ac ipsi. et tum deus philosopho slovenicas litteras revelavit. et illico constitutis litteris et sermone composito in viam se dedit moravicam, assumpto Methodio. iterum vero, humiliter obediens, coepit servire philosopho et docere cum eo. et tribus annis elapsis e Moravia reverterunt, postquam discipulos instituerunt.

VI. Apostolicus vero Nicolaus de talibus viris certior factus accersivit eos, videre eos cupiens, ut angelos dei, et doctrinam eorum sanxit, evangelio slovenico posito in altari sancti Petri apostoli. et beatum Methodium presbyterum ordinavit. erant vero ibi multi quidam homines, qui litteras slovenicas improbarent, dicentes: nullum populum suas litteras habere decet praeter hebraeos et graecos et latinos, secundum Pilati titulum, quem in cruce domini inscripsit, [Luc. 23. 38. Ioann. 19. 19.]. quos apostolicus pilaticos et trilingues appellavit et damnavit. et episcopo cuidam, qui eodem morbo laborabat, praecepit, ut e discipulis slovenicis tres presbyteros et duos anagnostas ordinaret.

VII. Post multos vero dies philosophus, in iudicium iturus, Methodio, fratri suo, dixit: ecce, frater, socii eramus, eundem sulcum arantes, et ego in agro cado, die meo consumato; tu vero montem valde amas, tamen

ради, оставити оучениа своего: паче во можеша кѣмъ спасенъ быти?

и. Послалъ же Коцель къ апостоликоу проси, Методия, блаженаго оучителя нашего, да бы ѿмоу отъпоустилъ. и рече апостоликъ: не тебѣ ѿдиномуу тѣкѣмо, но и вѣсѣмъ странамъ тѣмъ словѣньскыимъ сѣлю и оучителя отъ бога и отъ святаго апостола Петра, първаго настольника и ключедержца цѣсарьствию небесьномуу. и послаа и, написавъ епископѣ сию: Андрианъ, епископъ и рабъ божии, къ Ростиславоу и Святотѣльцоу и Коцелю. слава въ вѣшнихъ богоу и на земли миръ, въ человекѣхъ благоволение. яко о васъ доуховная слышахомъ, на ныже жадахомъ съ желаниємъ и молитвою вашего ради спасения, како ѿестъ въздвиглъ господь сѣрдца ваша искати ѿго и показалъ вамъ, яко не тѣкѣмо вѣкроу, нѣ и благыими дѣлы достонѣ слоужити богоу: вѣкра во вѣзъ дѣлъ мѣртва естъ, и отъпадаютъ ти, иже сѣ мнѣти кога знающе, а дѣлы сѣ ѿго отъмѣтають. не тѣкѣмо бо оу сего свѣтительскаго стола просите оучителя, нѣ и оу благовѣрнаго цѣсаря Михаила, да послаа вамъ блаженаго философа Костянтина и съ братѣмъ, до нѣдеже мы не доспѣхомъ. она же, оувѣдѣвъша апостольскаго стола достояща ваша страны, кромѣ канона не створисте ничьсоже, нѣ къ намъ придосте, святаго Климента мощи несочуще. мы же, трѣгоубоу радость примѣше, оумыслихомъ, испытавѣше, послаати Методия, свѣщше и съ оученикы, сыноу же нашего, на страны ваша, моужа же съвършена разоумѣмъ и правовѣрна, да бы оучить, якоже ѿесте просили, съказана кѣнигы въ изыкъ вашъ, по вѣсемоу цѣрквѣномуу чиноу испѣланъ, и съ святою мѣшею, рекѣше съ слоужбою, и крѣщениємъ, якоже ѿестъ философъ началъ Костянтинъ божиею благодатью и за молитвы святаго Климента. тако же аще инъ кѣто възможеть достоинно и правовѣрно съказати, свѣто и благословлено богѣмъ и нами и вѣсею кароликиною и апостольскою цѣрквѣю боуди, да бысте оудобѣ заповѣди божии навѣкли. съ же ѿдинъ хранити обычан, да на мѣши първѣе чѣтоутъ апостолъ и евангелие римскы, таче словѣньскы, да сѣ испѣлнѣти книжное слово: яко вѣсхвалѣать господа вѣси изыци. и дроугонде: вѣси възглаголють изыкы различны величѣя божии, якоже дастъ имъ свѣтъ доухъ отвѣщавати. аще же кѣто отъ събѣраныхъ вамъ

propter montem noli institutionem tuam relinquere: qua enim re melius potes salvus fieri?

VIII. Kozel vero ad apostolicum mittens rogavit, ut Methodium, beatum doctorem nostrum, sibi mitteret. et apostolicus dixit: non solum tibi uni, sed omnibus regionibus illis slovenicis mitto eum doctorem a deo et a sancto apostolo Petro, primo successore et clavigero regni coelorum. et misit eum, hac epistola scripta: Hadrianus, episcopus et servus (servorum) dei, Rostislavo et Svjatopolco et Kozelo. gloria in excelsis deo et in terra pax, in hominibus bona voluntas [Luc. 2. 14.]. de vobis spiritualia audivimus, quae cum desiderio et precibus vestrae salutis gratia sitiebamus, quomodo dominus corda vestra excitaverit, ut quaereretis eum, et ostenderit vobis, non modo fide, verum etiam bonis operibus oportere deo servire: fides enim sine operibus mortua est [Iacob. 2. 26.], et perduntur, qui sibi deum nosse videntur, operibus tamen ab eo desciscunt, non enim ab hac tantum sede sancta magistrum petiistis, verum etiam a pio imperatore Michaële, et misit vobis beatum philosophum Constantinum cum fratre, priusquam nos veniremus. illi vero, scientes regiones vestras esse sedis apostolicae, nihil contra canonem fecerunt, sed ad nos venerunt, sancti Clementis reliquias ferentes. nos vero, triplici gaudio affecti, constituimus, scrutati, Methodium mittere, postquam eum cum discipulis ordinavimus, filium nostrum, in regiones vestras, virum perfectum intellectu et orthodoxum, ut vos institueret, quemadmodum rogastis, scripturam in lingua vestra interpretans, plene secundum omnem ordinem ecclesiasticum, una cum sancta missa, id est liturgia, et cum baptismo, ut Constantinus philosophus gratia divina et precibus sancti Clementis facere coepit. ita etiam si quis alius digne et orthodoxe interpretari potest, sanctum sit et benedictum a deo et a nobis et a tota catholica et apostolica ecclesia, ut facile praecepta divina ediscatis. unus vero hic servandus est mos, ut in missa primum apostolus et evangelium legantur lingua romana, postea slovenica, ut impleatur verbum scripturae: laudabunt dominum omnes gentes. [cf. Psalm. 116. 1.]. et alio loco: omnes loquentur variis linguis magnalia dei [cf. Apost. 2. 4. 11.], prout iis spiritus sanctus dedit respondere. si vero quis e magistris ad vos confluentibus et aures vestras vexantibus et a veritate in errorem avertere vos parantibus ausus erit vos aliter

оучитель и чешющихъ слоухъ и отъ истинны отвращающихъ на бляди начынетъ дързнувъ инако развращати въ, гадя книги языка вашего, да не боудеть отълоученъ, нъ тѣкъмо въ соудъ данъ църкви, до нѣде ся исправитъ. ти бо соутъ вѣлаъци, а не овцы, иже достойтъ отъ плодъ ихъ знати и хранити ся ихъ. въ же, чада възлюбленаи, послушанте оучении божии, и не отринѣте казаниа църквынаго, да ся оберашете истиненни поклонители божии, отыцю нашему небесьному, съ всѣми свѣтлыми. аминъ. приатъ же и Коцьла съ великою чьстью, и пакы посъла и къ апостоликоу и .к. моужь, чьстны чади, да и емоу свѣтитъ на епискоупство въ Панонии на столъ свѣтаго Яндроника, апостола отъ .о., иже и бысть.

д. По семь же старъи врагъ, завидливъи доброу и противникъ истинѣ, въздвиге сръдце врагоу моравьскаго короля на нь съ всѣми епискоупы: яко на нашен области оучиши. онъ же отвѣща: и азъ, аще быхъ вѣдѣлъ, яко ваша юсть, кромѣ быхъ ходилъ, нъ свѣтаго Петра юсть, да правдоу: аще ли въ рьвении ради илакомьства на старъи прѣдѣлы постоупаете черось канонъ, възбраняюще оучениа божии, блюдѣте ся, еда како, хотѣще желѣзноу гороу костіанъмъ тѣменьмъ провити, мозгъ вашъ излѣкѣте. рѣша юмоу, яро глаголюще: зла доводѣши. отвѣща онъ: истинноу глаголю прѣдъ цѣсари, и не стыжю ся. а въ творите волю вашу на мнѣ. нѣсмъ бо лоучни тѣхъ, иже соутъ, правдоу глаголюще, многамъ моукамъ и житиа сего избежи. многамъ же рѣчьмъ прогоненамъ и не могущемъ противоу емоу отвѣщавати, рече король из ница: не троужанте моего Мѣродия, оуже бо ся юсть яко и при печи оупотилъ. рече онъ: ен, владыко. философа потъна инъгда сѣрѣтъше людиѣ рѣша юмоу: чьто ся потиши? дѣтѣ онъ: съ гроубою ся чадью прѣхъ. о томъ же словеси съпрѣвъше ся разидоша, а оногъ застѣлавъше въ Сѣвабѣ държаша полъ третья лѣта.

г. Донде къ апостоликоу, и оувѣдѣвъ посъла клятвоу на нѣ, да не поють мѣша, рекъше слоужьбѣ, вси королеви епискоупи, до нѣде и държати. и тако и поустѣша, рекъше Коцьлоу: аще сего имашѣ оу себе, не изводѣши насъ добрѣ. нъ они не избежиша свѣтаго петрова соуда, .д. бо отъ нихъ епискоупи оумьроша. приключи же ся тѣгда, моравляне очющъше нѣмьчьскыи попы, иже живяхоу въ нихъ, не приающе имъ, нъ ковъ коююще на нѣ, изгънаша всѣа; а къ апостоликоу

docendo perdere, vituperans libros linguae vestrae, ne excommunicetur, sed tantum in iudicium detur ecclesiae, donec corrigatur. hi enim sunt lupi, non oves, quos e fructibus eorum oportet cognoscere et cavere. [Matth. 7. 15. 16.]. vos vero, filii dilecti, audite praecepta divina, neve institutionem ecclesiasticam repudiare, ut veri cultores dei inveniamini, patris nostri coelestis, et omnium sanctorum. amen. excepit vero eum Kozel cum magno honore, et iterum eum ad apostolicum misit et XX viros, homines honorabiles, ut eum sibi ordinaret in episcopatum in Pannonia in sedem sancti Andronici, apostoli e LXX, quod etiam factum est.

IX. Post haec vero antiquus adversarius, inimicus bono et infensus veritati, cor hostis regis Moravae excitavit cum omnibus episcopis contra eum: in nostris, inquit, finibus doces. ille vero respondit: si scirem, vestros esse, excederem, sed sancti Petri sunt profecto: si vero vos, animi ardore et avaritia commoti, praeter canones veteres fines transgredimini, impediens doctrinam divinam, cavete, ne, montem ferreum vertice osseo perfringere conantes, cerebrum vestrum spargatis. dixerunt ei, irate loquentes: malum habebis. ille respondit: verum dico coram imperatoribus, neque dubito id facere. vos vero, quod vobis libet, facite in me. non enim praestantior sum iis, qui, verum dicentes, multis cruciatibus etiam vitam hanc amiserunt. postquam multum altercati sunt, cum ei respondere non possent, rex obliquis oculis intuens dixit: ne vexate Methodium meum, iam enim sudare coepit quasi apud fornacem. ille dixit: recte dicis, domine. philosophum sudantem cum olim quidam offendissent, dixerunt ei: quid sudas? ille respondet: cum hominibus rudibus disceptavi. de verbo hoc altercatione exorta discesserunt, et illum in Svabos relegatum duos annos et dimidium retinuerunt.

X. Res ad apostolicum perlata est, et certior factus de ea anathema misit in eos, ne missam, id est liturgiam, canerent omnes regis episcopi, quamdiu eum tenerent. itaque dimiserunt eum, Kozelo dicentes: si hunc apud te tenes, tibi a nobis non bene erit. at illi iudicium sancti Petri non effugerunt, quattuor enim ex iis episcopi mortui sunt. tum vero factum est, ut Moravi, animadvertentes presbyteros germanicos, qui apud se habitarent, sibi non favere, sed insidias parare, omnes proturbarent;

посълаша: яко и перекїе отъци наши отъ святаго Петра кръщеніе приази, то дажь намъ Мѣдодіа архієпискоупа и оучителя дѣиє же посъла и апостолика, и приимъ и Свѣтопѣлъкъ князь съ вѣсѣми моравляны, пороучи іемоу вѣси църкви и стрижьникы въ вѣсѣхъ градѣхъ. отъ того же дѣне вѣлыми начатъ расти оученіе божіе и стрижьници множити сѧ въ вѣсѣхъ градѣхъ и погании вѣровати въ истиньныи богъ, своихъ владыи отъмѣтающе сѧ; тольми паче и моравьска область пространити начатъ вѣси страны и врагы свои побѣжати и съ непогрѣшеніємъ. яко и сами повѣдають присно.

аі. Бѣ же и пророчьска благодать въ немъ, яко сѧ соутъ събывала многа прорицанія іего, отъ нихъже ли іедино ли дѣвѣ скажемъ: поганьскѣ князь, сильнѣ вѣлыми, сѣдѧ въ Вислѣхъ, роугаше сѧ кръстианомъ и пакости дѣшаше. посълавъ же къ нѣмоу рече: добро ти сѧ кръстити, сыноу, волею своєю на своіи земли, да не пакненъ ноудѣми кръщенъ боудеши на чюжен земли, и поминеши мѧ. іеже и бѣсть. инѣгда же пакы Свѣтопѣлъкоу воюющеу на поганьши и ничьсоже оуспѣющеу, нѣ моудѣщеу, святаго Петра мѣшии привлижающе сѧ, рекъше слоужьвѣ, посъла къ нѣмоу, глагола: яко аще ми сѧ обѣщѧеши на святѣи Петровѣ дѣнь съ вон своими сътворити оу мене, вѣроую въ богъ, яко прѣдати ти имать ѧ въ скорѣ. іеже и бѣсть. етеръ другъ, богатъ зѣло и съвѣтъникъ, оже ни сѧ коупетроу своєю, рекъше ѧтрѣвѣю, и много казавъ и оучивъ и оутѣшавъ не може іею развести, ини бо, божии раби творѧще сѧ, тѧи развращающе ѧ, ласкающе имѣнни ради, да сетѣнкіе отълоучиша ѧ отъ църкве, и рече: придетъ часъ, іегда не могутъ помощи ласкавѣнни ти, а моѧ словеса поминати имѧта. нѣ не боудетъ чѣто сътворити. въ незапоу по божію остоупленію паде напасть на нѣю, и не обрѣте сѧ мѣсто іею, нѣ яко и вихрь прахъ вѣзьмъ расѣ ѧ. и ина многа подобна симъ, ѧже притѣчами ѧвѣ сказаше.

ві. Сихъ же вѣсѣхъ не тѣрѣпа старѣи врагъ, завистьникъ челоуѣчю родоу, въздвиже етеры на нѣ, яко Дадана и Авирона на Моски, овѣ ѧвѣ, а другѣи тѧи, иже колыть нопаторьскою ересью, и слабѣиша съвращають къ сѣвѣ съ праваго поутѣи, глаголюще: намъ іесть папѣжъ власть дааъ, а сего велитъ вѣнъ изгнати и оученіе іего. събравъше же вѣси люди моравьскѣи великоу прочисти прѣдъ ними епистолию, да бѣша слышали изгнаниіе іего. людиє же, іакоже іесть

ad apostolicum vero miserunt nuntium, dicentes: antiquo tempore maiores nostri a sancto Petro baptisma acceperunt, da igitur nobis Methodium archiepiscopum et doctorem. confestim vero eum misit apostolicus, et Svjatopoleus princeps cum omnibus Moravis excepit eum, et omnes ecclesias et monachos in omnibus urbibus ei tradidit. et ab eo die doctrina divina valde augeri coepit et monachi multiplicari in omnibus urbibus et pagani credere in verum deum, erroribus suis renunciantes: eo magis regnum moravicum in omnes partes coepit dilatari et hostes suos confidenter debellare. ut ipsi narrare non desinunt.

XI. Erat vero etiam gratia prophetica in eo, ut multae eius praedictiones exitum haberent, quarum unam alteramve indicabimus. princeps paganus, valde potens, in terra Vistulanorum sedens, christianos irridebat et vexabat. misit vero ad eum, dicens: salutare tibi est baptizari, fili, ultro in tua terra, ne captivus per vim ad baptisma adigaris in terra aliena et mei recorderis. quod etiam factum est. alio tempore vero, cum Svjatopoleus iterum paganis bellum faceret, neque quidquam proficeret, sed frustra tempus tereret, sancti Petri missa, id est liturgia, appropinquante, misit ad eum, dicens: si mihi promiseris, te cum militibus tuis festo sancti Petri die apud me futurum, confido deo, fore ut tibi eos mox tradat. quod etiam factum est. amicus quidam (regis), valde dives et consiliarius, in matrimonium duxerat affinem, id est fratris uxorem, et Methodius multa monens et docens et hortans eos separare non potuit, alii enim, qui dei servos se esse simulabant, clam eos corrumpebant, adulantes eos propter pecuniam, et postremo excommunicati sunt, et dixit: veniet tempus, quando adulatores hi vos iuvare non poterunt, et vos meorum verborum recordabimini, sed nihil mutari poterit. ex inopinato numine divino in periculum inciderunt, et locus eorum non est inventus [cf. Psalm. 102 15.], sed ut turbine pulvis sublatus ita dispersi sunt. et alia multa his similia, quae publice per parabolas narrabat.

XII. Omnia vero haec non ferens antiquus adversarius, infensus generi humano, quosdam contra eos concitavit, ut Dathan et Abiron contra Moysen [Num. 16.], alios aperte, alios clam, qui morbo hyopatorico laborant, et debiliores ad se trahunt de recta via, dicentes: nobis papa potestatem dedit, istum vero expelli iubet et doctrinam eius dimitti. congregato vero universo populo moravo coram iis epistolam legi iubent, ut audirent expul-

обычан челоуѣкомъ, вси печаловахоу сѧ и жалѧахоу сѧ, лишаѣми пастыря такого и оучителя, развѣ славы ихъ, иже лѣсть двизаше ѧко се вѣтръ листвѣю. почтъше же апостолѣвы книги обрѣтоша писаніе: ѧко братъ нашъ Мѣродіи свѣтъ правѣренъ іестъ, и апостольско дѣланіе дѣлаеть, и въ роукоу іего соутъ отъ бога и отъ апостольскаго стола всѧ словѣнскыя страны; да іегоже прокльнетъ, проклятъ, а іегоже свѣтитъ, тѣ свѣтъ да боуди. и посрамлѣше сѧ разидоша сѧ, ѧко мѣла, съ стоудѣмъ.

г҃і. Не до сего жѣ тѣкъмо злоба ихъ ста, нѣ рѣша, глаголюще: ѧко цѣсарь сѧ на нѣ гнѣваетъ, да аще и оберѣтитъ, нѣсть іемоу живота имѣти. да и о томъ нѣ хотѧ похѣтити своего раба бога милостивѣи, вѣложи въ сѣрдѣце цѣсарю, ѧкоже іестъ присно въ роуцѣ божи цѣсарѣ сѣрдѣце, и посѣла книги къ нѣмоу: ѧко, отъче чѣстнѣи, вѣлми тебе желаю видѣти, то добро сѣтвори, потруди сѧ до насъ, да тѧ видимъ, до нѣдеже іеси на семь свѣтѣ, и молитвоу твою приемѣмъ. аenie же шѣдѣшю іемоу тамо, приѧтъ и съ чѣстью цѣсарь великою и радостію, и оученіе іего похвалѣ оудѣржа отъ оученикѣ іего попа и дѣкона съ книгами. всю же волю іего сѣтвори, іеинко хотѣ, и не ослоушавъ ни о чѣсомъ же, облюбѣ и одарѣ вѣлми, проводи и пакы славно до своего стола. тако же и патриархъ

д҃і. На всѣхъ же поутѣхъ въ многы напасти вѣпадеши отъ неприязни, по поустынямъ въ разбойникы и по морю въ вѣлѣны вѣтрѣны, по рѣкамъ въ соурѣти запѣны, ѧко сѧ съкончати на немъ апостольскомуу словеси: вѣдѣ отъ разбойникѣ, вѣдѣ въ мори, вѣдѣ въ рѣкахъ, вѣдѣ отъ лѣжебратѣи, въ трѣдѣхъ и подвиженнѣхъ, въ завѣдѣнии множицею, въ алѣкани и жажи и къ прочимъ нечѣлѣмъ, иже апостолѣ поминѣетъ.

е҃і. По томъ же отвѣргъ всѧ мѣлѣвы и печаль свою на бога вѣзложъ, прѣже же отъ оученикѣ своихъ посажѣ дѣва попы скорописѣи зѣло, прѣложи въ вѣрзѣ всѧ книги испѣлѣи, развѣ макаѣи, отъ грѣчска языка въ словѣнскѣ шестію мѣсяцъ, начѣтъ отъ марда мѣсяца до дѣвою десяти и шести дѣнь октѣбри мѣсяца. окончавъ же достоинѣю хвалоу и славоу богу вѣздасть, дающеу такоу благодѣть и поспѣхъ, и свѣтоѣ вѣзношеніе таинѣю съ канросѣмъ

sionem eius. homines vero, ut est mos hominibus, omnes moerebant et contristabantur, quum tali pastore et doctore privarentur, praeter debiles, quos dolus agitabat ut ventus folia. perlectis vero apostolici litteris haec invenerunt: frater noster Methodius sanctus orthodoxus est et apostolico munere fungitur, et in manu eius a deo et a sede apostolica omnes terrae slovenicae sunt: quem maledixerit, sit maledictus; quem vero benedixerit, sit benedictus. et refutati cum pudore dispersi sunt ut nebula.

XIII. Sed malitia eorum non modo hucusque progressa est, verum etiam dixerunt, loquentes: imperator ei irascitur, et si eum ceperit, vitam habiturus non est. at quum ne in his quidem rebus deus misericors servo suo deesse vellet, mentem dedit imperatori, ut semper est cor regis in manu dei [Prov. 21. 1.], ut ad eum mitteret hasce litteras: venerande pater, vehementer te videre cupio, gratificare igitur mihi, suscipe laborem, ut ad nos venias, ut te videamus, quamdiu in hac vita es, et ut preces tuas accipiamus. illico eo profectus est, et imperator eum cum magno honore et gaudio excepit, et collaudata institutione eius e discipulis eius presbyterum et diaconum cum libris retinuit. fecit vero omnem voluntatem eius, quaecumque voluit, neque in ulla re refragatus admatum et muneribus magnis donatum iterum sollemniter in sedem suam eum misit. eodem modo patriarcha.

XIV. In omnibus vero itineribus in multa pericula incidebat per diabolum, in desertis in latrones et in mari in fluctus procellosos, in fluminibus in syrtes improvisas, ita ut in eo impleretur verbum apostoli: pericula latronum, pericula in mari, pericula fluminum, pericula in falsis fratribus, in laboribus et aerumnis, in vigiliis multis, in fame et siti [2. Cor. 11. 25—27.], additis reliquis sollicitudinibus, quas apostolus memorat.

XV. Postea vero omni sollicitudine abiecta et curis suis deo commendatis, antea tamen e discipulis suis duobus presbyteris accersitis celerrime scribentibus, brevi tempore omnes libros vertit plene, praeter Maccabaeos, e lingua graeca in slovenicam, sex mensibus, incipiens a martio mense et continuans usque ad vigesimum sextum diem octobris mensis. finito vero opere dignas gratias reddidit deo, qui talem gratiam et profectum dat, et sanctam oblationem misteriosam cum suo clero offerens memoriam sancti

своимъ възнесъ сътвори память святаго Димитрія. псалтырь во вѣ тѣхъмо и евангелие съ апостолѣмъ и избѣранными слоужьбами църквыными съ философѣмъ прѣложилъ пьрьвѣе. тѣгда же и номоканонъ, рекъше закону правило, и отъчскыя книги прѣложи.

ѿі. Пришѣдъшию же на страны доунаискыя королю оугърскомуу, въсхотѣ и видѣти. и етеромъ глаголющемъ и непѣщующемъ, яко не извоудеть его безъ моужьки, иде къ нему. онъ же, яко достонѣ владыцѣ, тако и приятъ, чѣстнѣ и славно, съ веселиемъ, и бесѣдовавъ съ нимъ, якоже достояше тацѣма моужема бесѣды глаголати, отъпоусти и, оуболюбъ и облобъзавъ, съ дары великыими, рекъ іемоу: помани мя, чѣстныи отъче, въ святыхъхъ молитвахъ твоихъ присно.

ѿі. Тако же всѣа вины отъскъкъ по всѣа страны, оуста многорѣчньныхъ загради, теченіе же съвѣрыши, вѣроу съблюде, чаю правдынаго вѣнча. и по неже тако оугожъ вогоу възлюбленъ бысть, приближати сѣ начатъ вѣрѣма покон прияти отъ страсти и многыхъ троудъ мѣздоу, въпросиша же и, рекъше: кого чюеши, отъче и оучителю чѣстныи, въ оученицѣхъ своихъ, да бы отъ оученія твоего тебѣ настольникъ былъ? показа же имъ іединого отъ извѣстньныхъ оученикъ своихъ, нарицаемаго Горазда, глагола: съ іестъ вашея земли, свободъ моужъ, оученъ же добрѣ въ латинскыя книги, правовѣрнь: то боуди божиа воля и ваша любви, якоже и моя. събъравъшемъ же сѣ въ цѣлѣноую недѣлю въскъмъ людѣмъ, въшѣдъ въ църквъ, и не могын, казавъ благодати цѣсаря и князя и клирикы и люди всѣа, и рече: стрѣзѣте мене, дѣти, до .г.-го дѣне. якоже и бысть. свитающоу г.-моу дѣни прочіе рече: въ роуцѣ твои, господи, доушу мою вѣлагаю. на роукахъ нѣрѣискахъ почи въ .з. дѣнь мѣсяца априля, въ .г. индиктъ, въ .з. и .т. и .ч. и .г. лѣто отъ твари всего мира. оуоужьше же и свои оученици и достонны чѣсти сътворивъше и слоужьбоу църквыноую латинскы и гръчскы и словѣнскы сътрѣвиша и положиша и въ съборнѣи църквы, и приложи сѣ къ отцемъ своимъ и патриархомъ и пророкомъ и апостоломъ, оучителемъ, моученикомъ. люди же бѣшнелнь народъ събъравъ сѣ проважаахоу съ свѣщамъ, плачюще сѣ добра оучителя и пастыря, моужьскъ полъ и женскъ, млади и велции, и богати и оубозини, свободьни и

Demetrii fecit. psalterium enim tantum et evangelium cum apostolo et selectis officiis ecclesiasticis cum philosopho prius verterat. tum vero etiam nomocanonem, id est legis regulam, et patericum vertit.

XVI. Cum vero in partes Danubii venisset rex Ungrorum, videre eum voluit. et quibusdam dicentibus et putantibus, Methodium non sine malo discessurum esse, tamen ad eum accessit. rex vero, ut dominum decet, excepit eum honorifice et sollemniter et cum gaudio, et, ut talibus viris colloqui convenit, cum eo collocutus et adamatum deosculatus dimisit cum magnis muneribus, dicens ei: memento mei, venerande pater, semper in sanctis precibus tuis.

XVII. Itaque omnibus sollicitudinis causis undique dimotis os hominum multiloquorum clausit, cursum perfecit, fidem servavit, iustam coronam expectans. et cum deo ita probatus adamatus esset, tempus coepit appropinquare, quo malorum requiem et multorum laborum premium erat accepturus. interrogarunt vero eum, dicentes; quem, pater et magister venerande, e discipulis tuis dignum iudicas, qui ex institutione tua tibi sit successor? ostendit vero eis unum ex insignibus discipulis suis, cui nomen erat Gorasus, dicens: hic indigena est, homo liber, bene eruditus in libris latinis, orthodoxus, fiat voluntas divina et desiderium vestrum, ut et meum. congregato vero dominica palmarum toto populo, ecclesiam ingressus, quamvis infirmus, praedicans gratias egit imperatori et principi et clericis et toti populo, et dixit: assidete mihi, filii, usque ad tertium diem. ut etiam factum est. illucescente igitur tertio die dixit: in manus tuas, domine, commendo spiritum meum [Luc. 23. 46.]. in manibus presbyterorum obdormivit sexta die mensis aprilis, indictione tertia, anno a creatione mundi sexies millesimo trecentesimo nonagesimo tertio. exornatum discipuli debitis honoribus prosecuti et officio ecclesiastico latine et graece et slovenice facto composuerunt et deposuerunt in ecclesia cathedrali, et congregatus est ad patres suos et patriarchas et prophetas et apostolos, doctores, martyres. hominum vero innumera multitudo convenit, et cum facibus, flentes bonum doctorem et pastorem, viri et feminae, parvi et magni, divites et pauperes, liberi et servi, viduae et orbi, alienigenae et indigenae, infirmi

раби, вѣдовица и сиротѣ, страннни и тоземьци, недоужьни и сѣдравин, вси бѣвѣшаго всьмѣско вѣкмѣ, да бѣ вса приобрѣклѣ.

Ты же съ вѣше, святаи и чѣстнаи главо, молитвами своими призири на ны, желающаи тебе, избавляи отъ всакоу напасти оученикы свои, и оучение пространна, а юреси прогони, да, достойно зѣванна нашего живѣше съде, станемъ съ тобою, твоѣ стадо, о дѣсноую страну Христа, бога нашего, вѣчноую жизнь приѣмлюще отъ нѣго. тому бо юсть слава и чѣсть въ вѣкы вѣкомъ. аминѣ.

et firmi, omnes funus faciebant eius, qui omnibus omnia factus est, ut omnes lucrificeret [Cor. 1. 9. 22.]

Tu vero e coelo, sanctum et venerandum caput, precibus tuis respice nos, qui desiderio tui tenemur, ab omni periculo libera discipulos tuos, institutionem tuam diffundens et haereses pellens, ut hic vita muneri nostro convenienter transacta tecum, grex tuus, consistamus ad dextram Christi, dei nostri, aeternam ab eo vitam accipientes. illi enim gloria est et honor in saecula saeculorum. amen.

I. De fontibus.

In hac sancti Methodii vita edenda secuti sumus textum e codice saeculi XII—XIII. editum ab Iosepho Bodjanskij in Čtenija vž Imperatorskomъ obščestvê istorii i drevnostej rossijskichъ pri moskovskomъ universitetê. Moskva. 1865. vol. I. Materijaly slavjanskija. 1—14. A. Cum hoc textu contulimus textum e codice saeculi XIV, ab eodem editum in eodem libro. 73—84. B. Consulimus praeterea textum editum a P. J. Šafařík in Památky dřevního písemnictví jihoslovanův. V Praze. 1851. Š.

II. Descriptio codicis A.

In codice A. sub titulo scribuntur sequentia vocabula: АНГЛЪ: АНГЕЛЪ; АПЛЪ: АПОСТОЛЪ; БЛГЪ: БЛАГЪ; БЛГВТИ: БЛАГОСЛОВИТИ; БЛЖЕНЪ: БЛАЖЕНЪ; БЪ: БОГЪ; БЖИИ: БОЖИИ; БЖЬСТВО: БОЖЬСТВО; БЪИ: БЫСТЬ, sine titulo: ИЗБЫСТЬ; ВЛДКА: ВЛАДЫКА; ГЛАТИ: ГЛАГОЛАТИ; ГЛА: ГЛАСЪ; ГЪ: ГОСПОДЪ; ГДНЬ: ГОСПОДЬНЬ; ДВДЪ: ДАВЫДЪ; ДХЪ: ДОУХЪ; ДША: ДОУША; ДНЬ: ДЬНЬ; ЕВАНГЛИЕ: ЕВАНГЕЛИЕ; ЕППЪ: ЕПИСКОПЪ; КРЪТИТИ: КРЪСТИТИ; КРЪАНЬСКЪ: КРЪСТИАНЬСКЪ; МАТЬ: МИЛОСТЬ; МАТВА: МОЛИТВА; МЧНКЪ: МОУЧЕНИКЪ; МЦЪ: МКСИЦЪ; НА: НАСЪ; НЕО: НЕКО; ОЦЪ: ОТЬЦЪ; ПАМА: ПАМЯТЬ; ПРРКЪ: ПРОРОКЪ; СТЪ: СВЯТЪ; СРЦЕ: СЪРДЦЕ; СПСЕНЪ: СПАСЕНЪ; СНЪ: СЫНЪ; ХЪ: ХРИСТЪ; ХВЪ: ХРИСТОВЪ; ЦРКВЪ: ЦЪРКВЪ; ЦРЪ cum slovo-titla: ЦЪКАРЪ; ЧАКЪ: ЧЕЛОВѢКЪ, quod etiam sine titulo ita scribitur.

Spiritu leni saepe insigniuntur vocales, a quibus vocabulum incipit: А, А ВИРОНА, А ЛИМБЪ, А ЩЕ; Е ВРЪКИ, Е ГУПТЪ, Е ДА, Е МОУ, Е НОРНА, Е НОСТЬ, Е СМЪ, Е ТЕРА; И, И НАКО, И СТИНЬНА, И ХЪ; О, О ВРАЗЪ, О ВРЪКТЕ, О БЫКАЪ, О БЪКТОВАНИЕ, О МЫША, О НЪ, О СТАВИ, О СОУЖЪ; adde ИЗЪЫКЪ. eodem spiritu saepe notatur vocalis aliam vocalem excipiens: АВРАА МЪ, АНДРИА НЪ, МАРКИА НЪ МЪ; БОЖИЕ МЪ, ДЪ КЕ ТЪ, ИЕ РЪКИ, СВОЕ МОУ, ЧЪСТНОЕ; БОГАТИИ, ВЪГИЛИИ, ИИ, НОИ, О ГНЬИ КЪ, ПРИИ МЪ, РАЗДЪ КЛЮЕННИИ, СВЯТИИ; ИО СИФЪ, ДЕО ЛОГЪ; БОЖИИО, ДЕСНОУЮ, ПОВЪ ДАЮТЪ, ПРИЛАГАЮЩЕ, СВОЕЮ; ИЛИА, ПРОСТРАНАИА; КНАЖЕНИА, ПРОЧАА: adde МЕДО ДИА. idem spiritus consonanti impositus indicat post conso-

nantem ꙗ vel ѣ excidisse: а̑дроника, вѣа̑ци, до̑нде, до̑ндеже et до̑ндеже, егѣп̑тъ, жьр̑твы, испѣа̑нь, мел̑хиседека, мѣа̑вы, мьр̑твѣмь, потвьр̑диша, пьр̑вѣіе, свѣтопѣа̑коу, сквьр̑ноу, стѣа̑пѣмь, соѣм̑бола, сѣмьр̑тию, тьр̑пѣвѣ, оутвьр̑диша, хѣа̑мь, чьр̑ны. nos pro signo ubique posuimus rem significatam. vocali ѡ duo puncta imponuntur: ѡ̑, ѡ̑вѣмь, нѡ̑ань, нѡ̑ва etc.

Nos pro і ubique и, pro ѡ—о, pro ѡ—а, pro ѡ, quod in fine tantum lineae adhiberi videtur, о̑ scripsimus.

Notabis in время, дѣтель, дѣтельнѣ, потреба, преможесть perperam scribi е pro ѣ, in приа̑жнѣ vero ꙗ pro ѣ.

III. Notae in quosdam locos.

4. 1. мѣсяца мѡна въ .аі. днь̑ А. мѣсяца априлѡ въ .д. днь̑ В. мѣсяца апрѣлѡ .с. днь̑. Ѣ.

4. 5. господи благослови отьчѣ А. благослови отьчѣ В.

4. 8. помѣшлѡ А. помѣшлѡмь В.

4. 9. чьсти А. части В.

4. 11. мьр̑твѣ есть А. моудрьствоуесть сѡ В.

4. 17. непѣтьскѣмь А. непѣтьскы В.

4. 24. свѣрьшѣ А. свѣрьши В.

4. 30. вѣведеть А. внидеть В.

4. 31 и прѣбоудеть А. В.

6. 7. да сѡ тѣмь А. да вѣша сѡ тѣмь cf. слово похва-
льное. Čtenija 1865. II. 2.

6. 8. 9. Сносѣ et Снохѣ А. В.

6. 3. 10. обрѣте А. обрѣтъ В.

6. 30. написавѣ А. написанѣ cf. слово похвальное. Čtenija 1865.

II. 5.

6. 38. и огнь сѣ небесе словѣмь сънесѣ попалѣ А.

8. 5. крьстителю А. крьститель В.

8. 10. крькьшемѣ А. крькьше В.

8. 28. Nullus codex haeresim damnatam in quinta synodo indicat.

10. 2. блаженѡ оучителя Мѡдодіа А. оучителя omittit В.

10. 8. пѣтьскою чистотою А. В.

10. 15. пьр̑ци А. В. гьр̑ци Ѣ: vera lectio пьр̑ци est, graeci enim essent гьр̑ци cap. V. VI.

10. 17. оуѣдѣвѣ деест А.

10. 18. рече же азѣ А. В.: nos рекоу scripsimus.

10. 21. ОБЫКАТЬ И (ОБЫЧАИ) А. В.: nota ОБЫКНОУТИ etiam cap. VI. iungi cum accusativo.
10. 22. И ОУЗРѢ А. В.: nos И ОУЗРѢВЪ scribendum putamus.
10. 25. ОРЪПЪТИТИ А. ШТРЪПЪТИТИ В.: nobis СТРЪПЪТИТИ legendum esse videtur: cf. ОРЪСТЪМИ Vita Constantini cap. X. apud Šafaříkium pro СРЪСТЪМИ.
10. 30. И ПОСЪЛА А. В.: ПОСЪЛА.
10. 34. И НЕ ОСЛОУША СЯ А. В.: НЕ ОСЛОУША СЯ.
10. 36. ПРѢМОЖЕТЬ И А. В.
12. 1. СЪМЪКРА .к. и .д. СПОУДОВЕ ЗЛАТА А. В.: confitemur nos haec non intelligere.
12. 4. ПОСЪЛАСТА А. В.: И ПОСЪЛАСТА.
12. 8. И НЕ ИМАМЪ А. В.: НЕ ИМАМЪ.
12. 9. ДОБРѢИ А. ДОБРѢ В. Š.: ДОБРЕ.
12. 13. ТѢ НА ТИ ДАРИ МНОЗИ А. В. ТѢМЪ ДАМЪ ТИ ДАРИ МНОЗИ Š.: ТѢМЪ НА ТИ ДАРИ МНОЗИ.
12. 14. МЕФЕДИИ А. МЕДЕДИИ В. МЕФОДЕН Š.: МЕДОДИИ.
12. 21. МЕДЕДИИ А. МЕДЕДИИ В. МЕФОДИИ Š.: МЕДОДИИ.
12. 28. МЕДЕДИИ А.
12. 34. И СВЯТИ ut ordinaret.
14. 9. РАБЪ БОЖИИ А. В. Š.: РАБЪ ВЪСѢМЪ БОЖИИМЪ РАБОМЪ in elogio Cyrilli et Methodii. Starine. Na sviet izdaje jugoslavenska akademija. U Zagrebu. 1869. I. 64. Čtenija vъ Imp. Obščestvѣ istorii i drevnostej. 1865. 2. 7. Elogium summarium epistolae papae continet. In Starine elogium hoc editum est e codice anni 1469, in Čtenija vero e codice saeculi XII—XIV.
16. 1. ЧЕШЮЩИХЪ СЛОУХЪ А. СЛЫШАЩИХЪ СЛОУХЪ В.
16. 3. ДА БОУДЕТЬ ОТЪЛОУЧЕНЪ, НЪ ТЪКЪМО ВЪ СОУДЪ ДАНЪ ЦЪРКВЕ А.: ДА НЕ БОУДЕТЬ ОТЪЛОУЧЕНЪ, НЪ ТЪКЪМО ВЪ СОУДЪ ДАНЪ ЦЪРКВИ: haec res postulare videtur. Codices haec habent: ut sit excommunicatus, sed tantum in iudicium datus ecclesiae. Nota, apud Nestorem 13 haec legi: si quis litteras slovenicas vituperat, excommunicatus sit ab ecclesia donec corrigatur.
16. 4. ЦЪРКВЕ А. ЦЪРКВИ В.
18. 4. И ПОРОУЧИ А. В.: ПОРОУЧИ.
18. 14. ВЪ БИСЛѢ А. В. sedens in Vistula. Nobis legendum videtur ВЪ БИСЛѢХЪ, quod teste A. Bielowski, Monum. I. pag. 107, quidam codices habent, id est ВЪ БИСЛАМЕХЪ, a nom. БИСЛАМЕ, quod in terra Vistulanorum interpretaberis. Confer quae de his formis disputavimus in Formenlehre der altslovenischen Sprache. pag. 173. „Vuislane“ habet geographus Bavarus apud Bielowski pag. 11.
18. 15. ДОБРО ТИ СЯ КРЪСТИ А. ДОБРО ТИ СЯ БЫ КРЪСТИТИ В.

18. 21. сътворити оу мене А. В.
 18. 23. дроугъ А. В. Š.: puto nomen Svjatopolei excidisse
 18. 24. коупетрою, рекъше патрѣвѣю А. В. Š.
 18. 27. отлоучиша ѿ А. отлоучити ѿ В.
 18. 30. по божію остоупленію А. по божію отъстоупленію В.
 20. 24. въпадъше А. В. въпадаше S.
 20. 26. смъртъны А. В.: соуръти. šiš.
 20. 29. отъ лъжи братни Я. лжебратна Б. šiš.
 20. 30. и прочимъ печальмъ А. В.: и къ прочинимъ печальмъ.
 20. 37. шестію А. шести В.
 22. 15. и оуста А.: оуста.
 22. 26. събъравъшемъ же сіа имъ А. В.: събъравъшемъ же сіа.

22. 27. благодатити puto esse gratias agere.

24. 7. вашего А. В. Š.: legendum нашего vel твоёго.

Annum 6394 omnia vitae apographa habent. Nota, etiam elogium amborum fratrum, cuius supra mentio facta est, habere annum 6394. Čtenija 8. 19. 30. 53. 62. cf. E. Dümmler, Die pannonische Legende vom hl. Methodius 54. Indictionem tertiam pro quarta falso ille posuisse videri potest, qui vitam nostram glagolitice scriptam cyrillicis litteris transscripsit, glagoliticum glagoli, quod numerum IV. significat, per cyrillicum glagoli reddens, quod numerum III. indicat.

Finis.



